Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in universam Aristotelis - Cod. Ettenheim-Münster 157

Aristoteles

[S.l.], 1611

Qvaestio Qvarta

urn:nbn:de:bsz:31-117375

Visual Library

Quæstio Quarta

De alijs rerum ac Nominum Appellationibus.

Quamvis Aristoteles in hoc capite non agat de alijs rerum ac nominum nuncupationibus quam de æquivocis, Univocis ac Denominativis, non minori tamen diligentia legenda ac re vidcnda sunt quæ a Fon. li. 1. ex com. Philosophorum tradita dicuntur, quibus etiam sequentia addi debent.

Circa c. 23. de nomine Concreto et Abstracto sciendum utramque vocem esse Denominativam, et conse quenter etiam res utroque significatas. Nam illud voce et significatione deducitur a concretione, hoc ab Abstractione. Abstractio vero etiam hic uti sup[ra] in praef. Porph. a. 5. sumitur pro cognitione incom plexa alicuius sine alio, cum quo vel de facto con iunctum reperitur vel saltem aptum est reperiri ut bene etiam docet Gillig. l. 2. tr. 7. c. 2. Qui bene addit nullam rem posse abstrahi ab ijs quæ sunt de eius essentia sed tamen ab ijs quæ non sunt de essentia eius quæ abstrahitur, ut etiam docet S. Thom. opg. 56. et alibi: Qua de causa

Abstractum ab authore Capreolo apud eundem Gillium ideo sic dicitur quod ab iis quae per accidens conveniunt extractum sit. Extractum intellige non realiter sicut piscem ex aqua sed intentionaliter per actum animi sine alio simplici conceptione apprehendentem. Duplex e[st] abstractio, ut cum Gillio ex com[m]uni sententia etiam docet Dandinus 3. de Anima dig. 31. Una superioris ab inferioribus, ut cum animal absque homine et bruto, et homo sine Socrate et aliis singularibus accipitur. Altera formae a subiecto seu supposito, in quo talis forma reperitur. Prior vocatur abstractio universalis eo quod ea mediante res universales fiant, et huc non pertinet; sed sola posterior, quam non male Dandinus formalem nominat et a qua nomina vocantur abstracta et opponuntur concretis ita ut omne nomen vel concretum sit vel abstractum. Concretum vero dicitur quod significat formam vel naturam quasi compositam cum habente ipsam. Unde S. Thomas et Bonaventura apud Gillium citati hoc discrimen inter Concretum et Abstractum faciunt, quod Abstractum imponitur formae et a forma ut albedo, humanitas, igneitas etc. Concretum vero im-

ponitur quidem etiam forma, non tamen forma soli
sed supposito seu habenti formam, ita ut non significet
solam formam quem Abstractum, sed composite signi
ficat formam sit cum subiecto seu supposito a quo ha
betur, ut album, homo, ignis etc. Et hoc vult
Textus quando in citato capite ait nomen Concre
tum habere compositum significandi modum. Abstra
ctum vero simplicem. Quia Abstractum tantum
formam et quasi formam significat non concer
nendo eius subiectum, sed Concretum etiam subiectum concer
nit [illegible] et cum forma instar alicuius physici com
positi consignificat. Atque sicut Abstractio in
opposito est cognitio formae sine subiecto illo in quo
recipitur: Ita ex opposito concretio a qua nomen Con
cretum voce ac significatione deducitur aliud non
est, quam cognitio alicuius formae et aut quasi formae
una cum subiecto a quo habetur. Dixi quasi forma
ut nomine formae intelligatur omne id quod a nobis instar ali
cuius formae concipitur ac significatur sive re ipsa
sit aliqua forma ut albedo sive tantum sit negatio aut
ens rationis, ut non visio, generalitas, universalitas. Di
citur nomine subiecti, vel intelligitur suppositum substantia
le quale habet equinitas, humanitas, et caetera
substantiarum abstracta: vel subiectum inhaesionis, qua
le habet albedo, vel extrinsecae Denominationis, quale

ē paries respectu visionis aut intellectionis. Imo intelli-
gi etiam pt [illegible] quod tantum ē Ens raōis.
Sed contra dicta objici pt etiam abstracta
noīa interdum habere concretum significandi
modum atq sbjcta includere in sua significaōe
quemadm constat exemplo simitatis quæ ē nasi
curvitas, et risibilitatis quæ ē aptitudo
hoīs ad ridendum. Sed recte Varrani-
ensis respondet 1. contra gentes. c. 20. sbjcta
dupliciter includi posse in alicuig nominis signi-
ficato. Vno modo in obliquo, tanquam partem
formalis significati quo modo nasq a simita-
te includitur et homo in risibilitate. Alio mo-
do in recto et tanquam aliqd extraneum formali sig-
nificato quo pacto simum, et risibile et album
et cætera noīa concreta sua sbjcta consignifi-
care debent, atq in eo ab oibq abstractis
distingui. Circa c. 24
notandum connotativum bifariam accipi; pri-
mo laté quo sensu teste Eckoō. tr. 2. in Petr.
Hispanum tep. 2. Connotativum dicitur oē nomen
quod ultra principale significatum aliqd aliud
includit ut conceptq qui præter altum [illegible]
etiam connotat seu consignificat rem quæ con

accipitur stricte significat habitum cum connotatio
ne sibilis, et similas connotat rasum: ut recte ait
etiam Gillis cit. c. 2. n. 4. Uno verbo Connota
tivum ita late sumptum idem est quod respectivum
nomen quod nimirum significat rem cum respectu
aliquo ad aliquid aliud eique oppositum nomen Absolu
tum est aliquod significat rem sine omni respectu
et relatione, et hoc sensu non egit Fon. de
Connotativo et Absoluto nomine quamvis apud
alios authores usurpatissimus sit. Secundo Conno
tativum strictius accipitur ad quod 3 conditiones requi
runtur. Prima ut significet aliquam formam rei
cuipiam accidentariam propter quam conditionem
corporeum, materiale, animatum, sensitivum, ratio
nale etc. respectu hominis Nomina concreta quidem
sunt, sed non sunt connotativa stricto accepta
sed late iuxta priorem acceptionem vel ut Gillis
vocat Connotativa essentialia et intrinseca
Secunda, ut eam significet per modum accidien
tis vel ut Fon. loquitur quasi adiacentem ali
cui subiecto per quam conditionem connotati
vum vel maxime ab absoluto stricte sumpto

differt, illud nomen significat aliquid per modum substantiae
siue per modum per se stantis, vel ut Ferr. loquitur
quasi per se existens quod ipsum melius declara-
rari potest ex Ferrari. et Gillio. Qui recte
aiunt illud nomen significare per modum substantiae
quod eo modo significat quomodo substantiae extra
intellectum solent existere vel quod in suo modo si-
gnificandi imitatur modum existendi qui substantiae
conuenit: Illud vero nomen significare per modum
accidentis, vel quasi adiacens alicui quod
suum significatum eo modo significat quo acci-
dentia (quorum esse est inesse seu inhaerere
subiecto vel adiacere alicui) in rerum natura
solent existere vel quod suo modo significandi
imitatur naturam accidentium in existendo: Sic
licet albedo calor frigus nil aliud quam
mera accidentia significent quia tamen non
significant ea secundum modum illum quem habent a
parte rei quando in aliquo subiecto inhaerent et insunt
sunt sed eo modo quasi seorsim et per se absque
subiecto instar alicuius substantiae existerent, ideo non
sunt nomina connotatiua sed absoluta. Album vero
calidum et frigidum et caetera concreta scriben

tium noia connotatiua sint eo quod illa ~~connotatiua~~ significatiua significent eo modo quo se habent a parte rei h.e. per modum inhaerentiae et adiacentiae. Tertia conditio est ut forma tanquam aliquid extraneum formaliter significato et in recto consignificetur non autem tanquam aliquid intrinsecum significato formali seu in obliquo. Propter quam similitas possibilitas aliaque plurima abstracta accidentium noia quae sua formata in formali suo significato et in obliquo inuoluunt connotatiua noia non sunt. Ex quibus colligi potest nomen concretum accidentale et denominatiuum late sumptum idem significare quod connotatiuum presse acceptum. De quibus nobis plura legi poterunt apud cit. auth. Verum vero denominatiua et concreta et connotatiua in praedicamentis ponantur an non postea dicendum est.

CAPUT SECUNDUM

Explicantur duae diuisiones ad praedicamenta cognoscenda utiles.